UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Pelusij cœnobitis. 154.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

queo. Mentẽ enim res iſta ſuperat. Verùm pauca quędam audi. Vicina Ægyptus hoc ſemper in more habuit, vt iniquè ac perditè ſe gereret:

Exod. 5. Exod. 1.

Moſem videlicet repudians, & Pharaonem aſciſcens; humiles ac demiſſos flagris lacerans, laborantes opprimens, vrbes extruere iubens, & mercedem negans, atque ad hoc vſque tempus in iiſdem ſtudiis hærens.

Theophilus Alex. inceſſitur.

Siquidem inſano lapillorum amore flagrantem, atque aurum pro numine habentem Theophilum, quatuor ſocijs, imò coapoſtatis ſeptum ac munitum, in medium proferens, pium virum ac diuinarum rerum doctrina præditum expugnauit, odium videlicet atque inimicitiam, quam aduerſus eum, qui eodem quo ego nomine appellatur, improbitatis atque importunitatis ſuæ, velut propugnaculum nactus.

2. Reg. 3.

At Dauidis tamen domus inualeſcit: domus autem Saulis, vt cernis, debilitatur: tametſi vir ille ſuperata vitæ tempeſtate, ad cæleſtem tranquillitatem migrauerit.

Heraclidi Presbytero. 153.

Matt. 10. Quid ſit in viam Gentium nõ abire. Matt. 10.

In viam Gentium minimè abire, idem eſt quod, animo & affectu cum ipſis minimè conuenire. Atque eodem modo qui in Samaritanorum ciuitates introire prohibetur, non hoc ei imperatur vt ab eorũ contubernio abſtineat, ſed vt ne ipſorum impietatem & improbitatem attingat.

Peluſij cœnobitis. 154.

Quoniam multæ aduerſum vos querelę ad aures noſtras perueniunt, idcirco multas etiam quotidie vobis admonitiones adhibemus.

Matt. 12.

Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condẽnabunt eam, inquit Dominus: quoniam qui legẽ minimè audierant, Prophetæ comminationem extimuerunt, atque figura duntaxat & vmbra Dominicæ ſepulturæ audita, ad inopinatum euentum metu perterriti ſunt. Nos autem, qui eum ipſum, de quo vaticinium edebatur, conſpeximus,

1. Ioan. 1.

& contrectauimus, ingrati aduerſus eum

ἀπορῶ· νικᾷ τὸν νοῦν τὸ τοῦ πράγματος. μικρὰ δὲ μάνθανε ἅττα. ἡ γείτων αἴγυπτος συνήθως ἠνόμησε, Μωσέα παραιτουμένη, τὸν Φαραὼ οἰκειουμένη· τοὺς ταπεινοὺς μαστίζουσα, τοὺς κοπιουμένους θλίβουσα, πόλεις οἰκοδομοῦσα, καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποστεροῦσα. καὶ μέχρι τοῦ νῦν τούτοις ἐμμελετῶσα. τὸν λιθομανῆ γὰρ καὶ χρυσολάτρην προβαλλομένη Θεόφιλον, τέσσαρσι συνεργοῖς, ἢ μᾶλλον συναποστάταις ὀχυρωθέντα, τὸν θεοφιλῆ καὶ θεολόγον κατεπολέμησεν ἄνθρωπον, τὴν περὶ τὸν ἐμοὶ ὁμώνυμον ἀπέχθειαν καὶ δυσμένειαν, ὁρμητήριον τῆς οἰκείας εὑρηκότα σκαιότητος. ἀλλ' οἶκος Δαβὶδ κραταιοῦται, ἀσθενεῖ δὲ ὁ τοῦ Σαοὺλ, καθὼς ὁρᾷς. εἰ καὶ τῆς ζάλης ὑπεξῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ βίου, καὶ πρὸς τὴν ἄνω γαλήνην μετετέθη.

Ἡρακλείδῃ πρεσβυτέρῳ. ρνγ.

Τὸ εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπελθεῖν, μὴ συνελθεῖν αὐτοῖς εἰς τὸ φρόνημα, ὡσαύτως καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσελθεῖν, οὐχὶ τῆς συνοικήσεως ἀπεχόμενον, ἀλλὰ τῆς δυσσεβείας καὶ πονηρίας μὴ ἐφαπτόμενον.

Πηλουσιώταις εἰς τὸ κοινόβιον. ρνδ.

Πολλὰς ἐνηχούμενοι περὶ ἡμῶν καταβοήσεις, πολλὰς ἡμῖν ἀπαντλοῦμεν καθ' ἡμέραν τὰς παρακλήσεις. ἄνδρες νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν, εἶπεν ὁ κύριος. ὅτι οἱ μὲν ἀνήκοοι τοῦ νόμου γεγονότες, τὴν τοῦ προφήτου ἀπειλὴν κατεπλάγησαν, καὶ τύπον καὶ σκιὰν τῆς δεσποτικῆς ταφῆς ἀκηκοότες, ἔδεισαν πρὸς τὸ τοῦ συμβάντος παράδοξον. ἡμεῖς δὲ αὐτὸν ἰδόντες τὸν προφητευθέντα, καὶ ψηλαφήσαντες, ἀγνώμονες γινόμεθα

πρὸς αὐτὸν καὶ ἀνένδοτοι πρὸς μετάγνωσιν. μὴ τοίνυν, ἀδελφοὶ, καὶ ἐθνῶν φανῶμεν ἀπιστότεροι, καὶ ὃν ἐκεῖνοι ἔφυγον ὄλεθρον ἐπισπώμενοι.

manemus, atque ad reſipiſcentiam rigidi & inflexiles. Quocirca, Fratres, ne Gentilibus quoque infideliores nos prębeamus, eámque, quam illi effugerunt, perniciem ad nos attrahamus.

Θεοφίλῳ ναυκλήρῳ. ρνε.

Theophilo Nauclero. 155.

Εἰ τῆς ἡμετέρας ὑπάρχεις ἀγέλης, καὶ ὑπὸ τὸν καλὸν τάττῃ ποιμένα, τὴν τῶν θηρίων φύσιν καὶ ὁμοίωσιν ἄρνησαι, καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ ἀκολούθησον, μὴ ὀμόσαι ὅλως κελεύοντος. τὸ δὲ μὴ ὀμόσαι μηδὲ ἀπαιτῆσαι ὅρκον ἐστίν. εἰ γὰρ μὴ βούλει ὀμόσαι, μηδὲ παρ' ἑτέρων ὅρκον ἀπαίτει, διὰ δύο ταύτας αἰτίας· ἢ τὸ ἐπαληθεύειν τὸν ἐρωτώμενον, ἢ τὸ ἐναντίον τὸ ψεύδεσθαι. εἰ γὰρ ἀληθεύει συνήθως ὁ ἄνθρωπος, καὶ περὶ τοῦ ὅρκου πάντως ἀληθεύει· εἰ δὲ ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὀμνύων ψεύδεται, οὐ χρὴ οὖν ὅρκον ἀπαιτεῖν δι' ἀμφότερα.

Si noſtri gregis es, ac ſub bono illo paſtore cenſeris, ferarum naturam ac ſimilitudinem abiura, atque ipſius voci obtempera, qua, ne omninò iures, prohibet. Porrò non iurare, ne iuſiurandum quidem ab alio exigere eſt. Nam ſi iurare minimè vis, ne ab aliis quidem, vt iurent, extorque. idque duplici de cauſa: nimirum aut quia veri ſtudioſus eſt qui interrogatur: aut cõtrà, quia libenter mentitur. Si enim ille vera loqui ſolet, omninò etiam nullo interpoſito iureiurãdo vera loquetur: Si autem mendax eſt, iurans etiam mentietur. Quapropter duplici hoc nomine iuſiurandum haudquaquam exigendum eſt.

Matt. 5.

Cur iuſiurandũ ab alio minimè exigẽdũ.

Εὐσταθίῳ. ρνϛ.

Euſtathio. 156.

Ἐγὼ μὲν τὴν βίβλον ἣν ἐζήτησας πέπομφα, καὶ καρπὸν ἐξ αὐτῆς διὰ σοῦ περιμένων, ὃς παρὰ πάντων συνήθως εἰσπράττεται. οὐ γάρ ἐστιν οὐκ ἔστι καρδία ἣν ἐπῆλθεν ἡ ταύτης ἀνάγνωσις, καὶ πρὸς τὸν θεῖον αὐτὴν οὐκ ἔτρωσεν ἔρωτα· σεπτὴν μὲν τὴν ἱερωσύνην καὶ δυσπρόσιτον δείξασα, ἀμέμπτως δὲ αὐτὴν μετέρχεσθαι διδάξασα. ὁ γὰρ τῶν τοῦ θεοῦ ἀπορρήτων σοφὸς ὑποφήτης Ἰωάννης, ὁ τῆς ἐν Βυζαντίῳ ἐκκλησίας καὶ πάσης ὀφθαλμὸς, οὕτως αὐτὴν λεπτῶς καὶ πυκνῶς ἐξηκρίβωσεν, ὥστε πάντας τούς τε κατὰ θεὸν ἱερατεύοντας, τούς τε ῥαθύμους ἱερατικὴν μεταχειρίζοντας, ἐν ταύτῃ τὰ οἰκεῖα εὑρίσκειν κατορθώματά τε καὶ σκώμματα.

Ego quidem librum, quem à me petiiſti, miſi: fructúmque ex eo per te expecto, qui ab omnibus exigi conſueuit. Nullum enim, nullum, inquam, pectus huius lectio penetrauit, quod non diuino amore sauciarit: vt qui auguſtam quidem ac venerandam rem acceſſúque difficilem ſacerdotium eſſe oſtendat, verùm ſine vlla reprehenſionis labe conſectandam eſſe doceat. Siquidem ſapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres Ioannes, Byſantinæ Eccleſiæ, atque adeò eccleſiarum omnium oculus, librum eum ita ſubtiliter & prudenter atque accuratè condidit, vt omnes tam qui, vt Deo gratum eſt, Sacerdotio funguntur, quàm qui negligenter & ignauè Sacerdotalem dignitatem adminiſtrant, hîc & virtutes ſuas & offenſiones reperiant.

Libri Chryſoſt. de Sacer. laus.

Ioann. Chryſoſt. Eccleſiarũ omniũ oculus.

Πανσοφίῳ ἀρχιδιακόνῳ. ρνζ.

Panſophio Archidiacono. 157.

Εἰ τῷ Χριστοῦ διακονεῖς θυσιαστη-

Si Chriſti altari miniſtras, da operam vt